

In idem Argumentum : Pro Ordine Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci Conventualium .

Similem prohibitionem fecit hic idem Paulus Fratribus de Observantia Sancti Francisci, ut in ejus Constit. CCXCVIII. Admonemur. hic supr. fol. 271.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam .

Exordium .

Admonemur pastoralis officii nostri debito diligentius prospicere , ne Religiosis , qui regularem vitam professi saculo renunciarunt, ad dignitates , & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus .

§. 1. Quocirca Motu proprio , & ex certa scientia nostra , deque apostolica potestate plenitudine , dilectis filiis Ministro Generali , ac Provincialibus , & reliquis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci Prælati nunc , & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ , ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus , & mandamus , ne ad instantiam , & requisitionem quarumcumque personarum tam laicarum , quam ecclesiasticarum extra d. Ordinem constitutarum , etiam Cardinalatus honore , ac quacumque seculari dignitate , & excellentia , etiam Ducali , Regali , & Imperiali fulgentium , cuius dicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere , vel pœnas aliquas remittere , seu gradus , honores , dignitates , officia , administrationes , functiones , & Prælaturas ejusdem Ordinis concedere audeant .

§. 2. Quinimo d. Ordinis Fratres , & Religiosos , qui contra decreta , hac via , & his mediis per conquistos favores , & suffragia , aliquid sibi procuraverint , ad talia , & similia , ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus .

§. 3. Insuper dd. Religiosis , & Fratribus ejusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus , & expresse interdici mus , ut non solum in præmissis omnibus favores hujusmodi minime procurare , sed nec etiam sponte oblatos , aut ab eis minime procuratos recipere , & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant , seu præsumant .

§. 4. Non obstant. Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , dictique Ordinis Statutis , & consuetudinibus etiam juramento , confirmatione apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , caterisque contrariis quibuscumque . Aut si Ordini , & Fratribus prædictis communiter , vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum , quod interdici , suspendi , vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam , & expressam , ac de verbo

Prohibitio ambitus Conventualibus S. Francisci .

Si aliquid per conquistos favores pro curare in inhabiles sint .

Necessarium sponte oblatos recipere possint .

Contrationum derogatio .

ad verbum de indulto hujusmodi mentionem .

§. 5. Volumus autem , quod præsentium transumptis etiam impressis , manu alicujus Notarii publici subscriptis , & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis , eadem prorsus fides ubique adhibeatur , quæ præsentibus adhiberetur , si forent exhibitæ , vel ostensæ .

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Septembris MDCXIX. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto .

Fides transumptorum .

Dat. die 4. Sept. 1619. An. XV.

CCC.

In idem Argumentum : Pro Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Paula .

Congregationem istorum Fratrum approbavit Sixtus IV. in Const. VI. Sedes. Tom. III. Part. III. fol. 136. Regulam vero ipsorum confirmavit Inl. II. in sua Const. XII. Dandum. Tom. III. Par. III. fol. 273. Transumptumque ad Cappuccinos. Et contra prohibuit Pius V. in Constitut. LXVI. Sedis. Tom. IV. Par. II. fol. 399. Qui etiam postea d. Ordinem inter Mendicantium Ordines connumeravit in Const. LXX. Apostolica. ibid. fol. 403. Et postea Capitulum generale quolibet sexennio celebrari, Officialiumque durationis tempus statuit istemet Paul. in Constit. XV. Cum sicut. Tom. V. Par. III. fol. 158.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam .

Admonemur pastoralis officii nostri debito , diligentius prospicere , ne Religiosis , qui regularem vitam professi saculo renunciarunt, ad dignitates , & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus .

§. 1. Quocirca Motu proprio , & ex certa scientia nostra , ac de apostolica potestate plenitudine , dilectis filiis Correctori generali , ac Provincialibus , & reliquis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Paula Minorum nuncupatorum Prælati nunc , & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ , ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus , & mandamus , ne ad instantiam , & requisitionem quarumcumque personarum , tam laicarum , quam ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum , etiam Cardinalatus honore , & quacumque seculari dignitate , & excellentia , etiam Ducali , Regali , & Imperiali fulgentium , cuius dicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere , vel pœnas aliquas remittere , seu gradus , honores , dignitates , officia , administrationes , functiones , & Prælaturas ejusdem

Procurium .

Prohibitio ambitus de quo in Rubrica .

guit. & Regis Catholici.

dem Ordinis concedere audeant , quinimo dicti Ordinis Fratres , & Religiosos , qui contra decreta , hac via , & his mediis per conquistos favores , & suffragia aliquid sibi procuraverint , ad talia , & similia , ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus . Insuper dictis Religiosis , & Fratribus ejusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus , & expresse interdici mus , ut non solum in præmissis omnibus favores hujusmodi minime procurare , sed nec etiam sponte oblatos , aut ab eis minime procuratos recipere , & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant , seu præsumant .

§. 2. Non obstant. constitutionibus , & ordinationibus apostolicis , dictique Ordinis statutis , & consuetudinibus , etiam juramento , confirmatione apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , caterisque contrariis quibuscumque . Aut si Ordini , & Fratribus prædictis communiter , aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum , quod interdici , suspendi , vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam , & expressam , ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem .

§. 3. Volumus autem , quod præsentium literarum transumptis etiam impressis , manu alicujus Notarii publici subscriptis , & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur , quæ præsentibus adhiberetur , si forent exhibitæ , vel ostensæ .

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Septembris 1619. Pontificatus nostri Anno Decimoquinto .

Abrogatio contrationum .

Fides transumptorum .

Dat. die 6. Sept. 1619. An. XV.

CCCI.

Extensio Indulti recitandi Officium , & Missam celebrandi de B. Thoma à Villanova ad omnes Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Regnorum Hispaniarum , & ad quoscumque utriusque sexus Regulares , ac etiam Presbyteros seculares in Oppido de Villanova commorantes .

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam .

Exordium .

In supremo Apostolatus folio meritis licet insufficientibus , divina dispensatione constituti , ad ea , per quæ servorum Christi honos , & veneratio in teris promoveatur , juxta creditum Nobis desuper apostolica servitutis officium , libenter intendimus , & piis Christianidelium præsentium Catholicorum Regum id exoptantium votis libenter annuimus , eaque favoribus prosequimur opportunis , prout in Domino conspiciamus salubriter expedire .

§. 1. Alias siquidem nomine dilectorum filiorum Prioris generalis , & aliorum Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

superiorum , inchoatione Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Nobis exposito , quod bo. mc. Thomas a Villanova ejusdem Ordinis dum vixit professor , ac Archiepiscopus Valentini. multis , & eximiiis virtutum , gratiarum , & miraculorum donis a Domino illustratus fuerat , & propterea non solum universus Ordo prædictus , sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus , ac Venerabilis frater Isidorus Archiepiscopus Valentini , nec non dilecti filii Capitulum & Canonici Ecclesiæ Valentini , ac Deputati , Electi , & Sindici Regni , & Civitatis Valentini Nobis humiliter supplicari fecerunt , ut donec Canonizationis honor dicto Thomæ a Villanova ab Apostolica Sede haberetur , idem Thomas a Villanova Beatus vocari , & de eodem Officium , & Missa , ut infra recitari possent .

§. 2. Nos re prius per Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos , quibus eam examinandam mandaveramus , mature discussa , de eorumdem Cardinalium consilio , hujusmodi supplicationibus inclinati , ut ipse bo. mc. Thomas a Villanova in posterum Beatus nuncupari , atque singulari annis die 18. Septembris in toto Regno Valentini a Religiosis ejusdem Ordinis Sancti Augustini , tam fratribus , quam monialibus , & in dicta Civitate Valentini , ubi ejus corpus requiescere asserebatur , & Diocesi Valentini , cujus per undecim annos Archiepiscopus fuit , ut præfertur , ab omnibus utriusque sexus regulariis personis , ac etiam presbyteris , & clericis secularibus , de eo tamquam de Beato juxta Rubricas Breviarium , & Missalis Romani de communi Confessoris Pontificis Officium recitari , & Missa celebrari respective possent , apostolica auctoritate perpetuo concessimus , & indulgimus , prout in aliis nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis , quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus , plenius continetur .

§. 3. Cum autem , sicut pro parte Prioris generalis , ac superiorum , & Fratrum prædictorum denuo Nobis nuper expositum fuit , tam dictus Philippus Rex , quam Ordo prædictus , nec non dicti Deputati , Electi & Sindici concessionem , & indultum prædicta ad universum Ordinem S. Augustini hujusmodi , ac etiam ad Oppidum Villanova de los Infantes nuncupat. Toletani Diocesis , unde dictus Thomas oriundus esse asseritur , per Nos auctoritate apostolica extendi summopere desiderent .

§. 4. Nos supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc iterum porrectis inclinati , de eorumdem Fratrum consilio , quod de cetero perpetuis futuris temporibus ab omnibus utriusque sexus temporibus Ordinis Sancti Augustini religiosis in Hispania , nempe in Regnis Castellæ , Aragoniæ , & Cathalonie commorantibus , necnon in Oppido de Villanova de los Infantes prædicto , ubi dictus Thomas natus , & educatus esse asseritur , ab omnibus etiam utriusque

Hic Pontifex concessit Thomam a Villanova Beatum nuncupari, & 18. Sept. ab Ordine Officium recitari, & Missam celebrari.

Et ad alios eorumdem preces.

Concessit prædictam ampliat.

que sexus regularibus, ac etiam presbyteris, & clericis secularibus Officium, & Missa de eodem Thoma a Villanova, servata alias in omnibus, & per omnia literarum prædictarum forma, & tenore, recitari, & celebrari respectively, libere, & licite possit, & valeat, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in eisdem literis nostris volumus non obtinere, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium, transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam. Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Septembris 1619. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

CCCII.

Beatificatio Ven. Francisci Xaverii Sacerdotis Societatis Jesu, cum facultate recitandi Officium, ac celebrandi Missam, de communi Confessoris non Pontificis quot annis die 2. Decembris.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, a Domino constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, libenter annuimus, & eaque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Sane pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, ac Presbyterorum Societatis Jesu Nobis nuper expositum fuit, quod beatus Franciscus Xaverius eisdem Societatis, dum vixit, presbyter, multis, & eximiiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis a Domino illustratus fuit. Quapropter Præpositus, & Presbyteri prædicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonizationis honorem, quem dicto Francisco Xaverio, ob ejus excellentia merita, aliquando, divina aspirante gratia, habitum iri sperant, ab Apostolica Sede impetrent, idem Franciscus Xaverius Beatus vocari, ac de eodem Officium, & Missa, ut infra, recitari, & celebrari respectively possit.

§. 2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales Saceris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandavimus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipse beatus Franciscus Xaverius in posterum Beatus nuncupari, atque de eo die secunda Decembris, qua obdormivit in Domino, ab

Contrariis derogat.

Concessionis transumptis etc. di mandata.

Dat. die 24. Sept. 1619. An. XV.

Exordium.

Superiores Soc. Jesu supplicatunt huic P. G. pro Beatif. Francisci Xaverii dictæ Soc. professoris.

Qui d. Franciscum de cetero Beatum nuncupari, ac die 2. Decembris de eo officie recitari, & Missam celebrari posse indulget.

omnibus Religiosis dictæ Societati ubique terrarum existentibus, in eorum Ecclesiis, necnon in omnibus Regnis India Orientalis, in quibus per undecim continuos annos Christianam Religionem disseminavit, ac longe, lateque propagavit, item & in Oppido Vavier nuncupato Pampilonen. Diocesis unde ipse Franciscus Xaverius oriundus esse aseritur, ab omnibus utriusque sexus regularibus, ac etiam presbyteris, & clericis secularibus juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani de communi Confessione Pont. Officium recitari, & Missa celebrari respectively, libere, & licite valeat, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam. Majorem, sub annulo Piscatoris die vigesima quinta Octobris, millesimo sexcentesimo decimo nono, Pontificatus nostri Anno decimoquinto.

CCCIII.

Ferdinandus Imperator a censuris ad cauthelam cum complicibus absolvitur ob amotionem Cardinalis Clefelii ab Aula Cæsarea,

Charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Romanorum Regi in Imperatorem Electo.

PAULUS PAPA QUINTUS

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

§. 1. CUM, sicut Majestas tua per literas suas die tertia Mensis Maii proxime præteriti datas, necnon per quoniam Tyberium Carnevalium ad Nos infra scripta de re a Majestate Tua specialiter destinatum nobis exponi fecit, tu una cum bono mem. Maximiliano Archiduce Austria, adeo necessariis rationibus, & causis, ad dilectum filium nostrum Melchiorem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Clefelium nuncupatum Ecclesie Viennensis concessione, & dispensatione apostolica Præfulem, ab Aula clar. mem. Matthiæ Romanorum Regis in Imperatorem electi amovendum, & in tuto loco in Oppido Veniponti nostro nomine custodiendum permotus fuerit, ut in ea res nihil a te peccatum, sed religioni catholice, & Reipublice, nec non statibus Domus Austriacæ consultum fuisse reperias, nec propterea absolutione a præmissis, quamvis ad cau-

Contrariis derogat.

Transumptis que d. Concl. fidem danti præcipit.

Dat. die 25. Octob. 1619. An. XV.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Ferdinandus petio.

cauthelam tibi opus esse existimas; Nihilominus quando per dilectum filium Magistrum Fabricium Verospium Cappellanum nostrum, & causarum Palatii Apostolici Auditorum a nobis de hoc negotio ad Majestatem tuam missum absolutione a præmissis saltem ad cauthelam te indigere nostro nomine tibi significatum fuerit, Majestas Tua pro sua in nos, & hanc Sanctam Sedem observantia, ac obsequendi studio rem hanc ad nostram voluntatem, & arbitrium, cui, ut Princeps Catholicus parebit, rejecerit, & idcirco dictus quoniam Tyberius inhærendo literis tuis hujusmodi absolutionem ad cauthelam a præmissis nomine tuo pro te, & aliis, quorum opera, & consilio in eisdem præmissis usus fuisti, a nobis petierit, promittens hujusmodi petitionem Majestatis Tue approbatione, & ratificatione ratam, validam futuram, prout in suplicio libello ejusdem Tyberii sub die 3. Mensis Junii proxime præteriti nobis exhibitio plenius continetur.

§. 2. Nos ad grandia Majestatis Tue in Nos, & apostolicam Sedem fidei, & observantia, atque adeo in Religionem Catholicam merita paternæ considerationis dirigentes intuitum, supplicationibus prædictis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, re prius cum nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostriis S. R. E. Cardinalibus prudentia, doctrina, & pietate eximiiis communicata, & mature examinata, Te, & eorum singulos, quorum opera, & consilio in præmissis usus fuisti, ut præsertim, ab excommunicatione majori, necnon aliis quibuscumque censuris, & poenis ecclesiasticis ob præmissa omnia, & singula quomodolibet incurfis, qualescumque sint, apostolicam auctoritate tenore præsentium ad cauthelam absolvimus, & absolutos esse, & fore decernimus, & declaramus, necnon in pristinum, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet, Majestas Tua, & illi eratis statum, & gradum in omnibus, & per omnia plenarie restituimus, reponimus, & reintegramus.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, Generalibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, privilegiis, indultis, & literis apostolicis, etiam Extravagantibus, & in Corpore Juris clausis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod poenitentiam, quam tibi, & aliis prædictis Confessarius idoneus propter præmissa injungen. duxerit, adimplere omnino teneamini.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Octobris 1619. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Pontificis benignitas.

Derogatio contrariorum.

Poenitentia Confessario imponenda.

Dat. die 25. Octob. 1619. An. XV.

CCCIV.

Nuncio Apostolico in Polonia Regno committitur dismembratio Decimarum manipularium Præfecturæ Lomzensis Mensæ Episcopali Plocen. earumque unio Mensæ Capitulari pro distributionum quotidianarum augmento.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio in Regno Polonia residenti salutem, & apostolicam benedictionem.

Debitum pastoralis officii Nobis ex alto commissi Nos admonet, & inducit, ut ad ea, per quæ Ecclesiarum quarumlibet, præsertim Cathedralium, earumque Mensarum Capitularium, nec non personarum divinis laudibus in ipsis Ecclesiis infestum commoditatibus consulitur, & necessitatibus occurritur, libenter intendamus, ac in his ejusdem Officii Nostri partes favorabiliter interponi mandemus, prout personarum, rerum, & temporum qualitatis diligenter pensatis, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Ven. Fratris Nostri Henrici Episcopi Plocen., ac dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Ecclesie Plocen. petitio continebat, quod fructus, redditus, & proventus Mensæ Capitularis dictæ Ecclesie, temporum injuria adeo imminuti fuerint, ut propter illorum, ac distributionum quotidianarum tenuitatem, pauci admodum ejusdem Ecclesie Canonici divinis Officiis in ea celebrari solitis interesse, eademque distributiones lucrari curent. Verum prædictus Henricus Episcopus id pro sui pastoralis Officii debito providere considerans, ac alias animos eorumdem Canonorum ad laudes divinas in eadem Ecclesia alacrius, & ferventius decantandas incitare cupiens, quasdam Decimas manipulares nuncupatas ex bonis regalibus Præfecturæ Lomzensis ad Mensam suam Episcopalem Plocen. legitime spectantes annui redditus bis mille Florenorum Polonicorum, mille scuta auri circiter, ut asseritur, constituentium, licet octingenti floreni hujusmodi moneta, nec non quadringenta scuta paria conscien. eidem Mensæ Episcopali ad præsens obvenerint, ex quo residuum illorum quibusdam particularibus personis ipsius Ecclesie Canonicis per dicti Henrici Episcopi prædecessores tunc existentes Episcopos Plocen. ad eorum vitam concessus fuit, eidem Mensæ Capitulari pro augmento distributionum quotidianarum hujusmodi cum hoc tamen, quod ejusdem Ecclesie Capitulum, & Canonici prædicti, & pro tempore existen. sexcentos Collegio dilectorum filiorum Vicariorum dictæ Ecclesie, & quadringentos florenos similes

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Exordium.

Petitio Episcopi, & Capituli.

Seminario Puerorum Ecclesiastico Plocen. ex dictis bis mille florenis quolibet anno dare, & assignare debeant, & teneantur, concedere, & assignare proponat, & si dicta Decima ex nunc, prout postquam omnes ad predictam Mensam Episcopalem per obitum modernorum eas, seu earum partes percipientium in vim concessionum, ut praefertur, factarum, redierint, ab eadem Mensa Episcopali, cujus fructus, redditus, & proventus pro commoda Episcopi Plocen. pro tempore existentis sustentatione, & mantentione, & detractis hujusmodi Decimis abunde sufficiunt, dismembrarentur, illaque sic dismembrata, & separata, dicta Mensa Episcopali pro hujusmodi distributionum quotidianarum augmento applicarentur, & appropriarentur, ut infra, ex hoc profecto felicitiori ejusdem Ecclesiae statui, & Canonico- rum eorumdem commoditatibus cum non modico divini cultus splendore, & incremento satis opportune consuleretur, nec propterea dicta Mensa Episcopalis aliquid sentiret gravamen. Quare pro parte Henrici Episcopi, Capituli, ac Canonico- rum predictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportune providere de benignitate apostolica digna remur.

Dis-
membra-
tio, & res-
pectiva unio, de
quibus in Ru-
brica; Nun-
cio Aposto-
lico commit-
tatur.

§. 2. Nos igitur certam de praemissis notitiam non habentes, dictumque Henricum Episcopum, ac Capituli, & Canonico- rum hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, nec non veriores aliarum unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & appropriationum dictae Mensae Capitulari haecenus factarum tenores, ac datas, Decimarum quoque hujusmodi valores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus, & mandamus, quatenus, confito Tibi prius legitime de praemissis, dictas Decimas cum omnibus earum juribus, & pertinentiis universis ab eadem Mensa Episcopali ex nunc, prout postquam omnes ad eam redierint, ut praefertur, auctoritate nostra perpetuo dismembras, & separes, illaque sic dismembratas, & separatas predicta Mensa Capitulari pro augmento distributionum quotidianarum praedictarum, dicta auctoritate nostra, etiam perpetuo applices, & appropries, ita quod liceat modernis praedictis, ac pro tempore existentibus Capitulo, & Canonico ejusdem Ecclesiae, per se, vel alium, seu alios eorum nomine partis non concessae ex nunc, residui vero decimarum hujusmodi, postquam per obitum singulorum Canonico- rum illas, seu earum partes nunc percipientium vacare, ac alias ad Mensam Episcopalem redire contigerit, si-

mul, vel successive, facto loco vacationi hujusmodi, corporalem, realem, & actualem possessionem apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, illaque percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac donationem ex eis sexcentis pro Collegio, & aliis quadringentis florenis hujusmodi pro Seminario praedictis, per dictos Capitulum, & Canonicos, ut praefertur, postquam tamen omnium decimarum praedictarum possessionem adepti fuerint, modo, & forma praemissis, & interim pro rata possessionum Collegio, & Seminario hujusmodi dandis, & assignandis: Ita quod ad id per Ordinarium loci nunc, & pro tempore existentem, etiam per censuras ecclesiasticas cogi possint, in suos, & dictarum distributionum quotidianarum usus, & utilitatem convertere, Dioecesiani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita.

§. 3. Nec non praesentes nostras literas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, seu regulis, vel Constitutionibus, etiam revocatoris unionum, & annexionum, & incorporationum effectum non sortitarum, etiam per quoscumque Romanos Pontifices successores nostros, etiam in craftinum assumptionis cujuslibet ipsorum ad Summi Apostolatus apicem fieri solitis comprehendendi, sed semper, & perpetuo ab eis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam sub posteriori data per modernos praedictos, ac pro tempore existentes ejusdem Ecclesiae Capitulum, & Canonicos quomodocumque eligenda restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo concessas esse, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Ac ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & definiti debere, necnon quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane eadem auctoritate nostra decernimus.

Clau-
sulae pro
praesentium li-
terarum fir-
mitate.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac nostra de exprimendo vero valore secundum communem estimationem, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, nec non ejusdem Ecclesiae Plocen. juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis apostolicis illi, ejusque Praesuli, Capitulo, Clero, Canonicis, aliisque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis in contrarium forsitan praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis mentio in eisdem nostris literis habenda foret, illis aliis in suo robore permanfuris, hac

Derogatio
contrariorum

Imponatur
sex Decimae.

haec vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo decimo nono tertio Idus Decembris Pont. Nostri Anno XV.

Dat. die 11.
Decem. 1619.
Ann. XV.

Ex Regest. in
Secret. Brevis

CCCV.

Decimae sex super omnibus Fructibus, & Pensionibus Ecclesiasticis Italiae imponuntur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Causa im-
ponendi Deci-
mas recensita-
tur.

IN specula militantis Ecclesiae a Domino per ejus divinae gratiae abundantiam, nullo licet merito nostro, constituti, & intestina mala, quibus inclita Germania, & illi vicinae Provinciae affligantur, necnon quanto hostis humani generis conatu, Charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, & Catholicorum res ibidem oppugnentur, pastoralis sollicitudine considerantes, non possumus non graviter commoveri: nemo enim nescit, quantis seditionibus, rebellionibus, & funestis haereticorum motibus omnia fluctuent, ut in Locis, quae a Catholicae Fidei Hostibus occupantur, divina, humanaeque jura, ac Sacrosancta Dei Tempia violentur, sacrae caeremoniae ablegentur, sacrificia cessent, Dei, Sanctorumque honor nullus, contumelia, & opprobria multa sint, quae sane calamitates cum Ecclesiae, hoc est mystici Corporis Christi tam principalia membra affligant, caetera membra una nobiscum, qui hujus corporis, licet indigni, visibile Caput a Domino constituti sumus, merito condolere debent.

Quapropter nos in hac rerum calamitosa statu, pro ea, quam de Catholicorum Germaniae praedictae, & vicinarum Provinciarum hujusmodi, qui non modica pars sunt gregis Dominici nobis divinitus crediti, praecipuam habemus sollicitudinem, officii nostri partes esse duximus, eisdem quacumque opportuna ratione possumus, operam ferre, & communem causam Reipublicae Christianae adjuvare. Cum vero Camerae nostrae Apostolicae vires valde debilitate sint, & redditus ad ea comparanda praesidia, quae praesentes necessitates postulant, nequaquam sufficient, cogimur, exemplo Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, ad aliarum Ecclesiarum peculium, Christi Domini patrimonium, cujus causa nunc agitur, nos convertere, sperantes in Domino, non iniquum quemque urgentium harum necessitatum aestimato- rem in tam sanctum, pium, ac necessarium usum, pro christiana pietate, libenter contributurum.

§. 1. Habita igitur super his omnibus cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio, & assensu indicimus, & imponimus sex integras decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, proventus, jurium, obventionum, distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium, & quorumcumque Ecclesiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiarum, & Parochialium, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam Mensarum Patriarchalium, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Praepositarum, Praepositorum, Canonicatum, Praebendarum, Dignitatum, Personatum, Administrationum, & Officiorum, ceterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, ac S. Benedicti, S. Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Praemonstratensis, S. Basilii, Silvestrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio, vel alias possident, Mendicantium, ac quorumcumque aliorum Ordinum utriusque sexus; necnon Congregationum regularium, exceptis praedictis S. R. E. Cardinalibus ob assiduos, magnosque labores, quos ipsi Ecclesiae universali impendunt, & gravissima, quaetudae dignitatis causa sustinent, onera, ac exceptis etiam duodecim illis Congregationibus, quae cum Camera Apostolica tempore se. rec. Pii Papa V. Praedecessoris nostri de subsidio ordinario concordarunt, & praeterea Hospitalium, etiam pauperum hospitalitatem non exercentium, seu bona, & redditus ultra infirmorum necessitates, & alia, pro quibus instituta sunt, pia officia exercenda possidentium, nec non B. Mariae Theutonicorum, S. Lazari de Alto Passu, Templi Dominici, & aliarum Militiarum, Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quae pro sui tutela contra Turcas, & alios Infideles alienis auxiliis quotidie indiget, dumtaxat exceptis, in Italia universa consistentium, secundum verum annuum valorem fructuum, reddituum, proventus, & aliorum praedictorum, nisi aliter cum Sede, & Camera Apostolica fuerit concordatum, ac etiam indicimus, & imponimus sex alias Decimas omnium, & quorumcumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, emolumentis, & distributionibus supra dictis, in favorem quorumcumque, non tamen Cardinalium, & duodecim Congregationum hujusmodi, assignatarum, & assignandarum, percipiendas, exigendas, & levandas ab omnibus, & quibuscumque Episcopis, Archiepiscopis, & Primitibus, Patriarchis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ac ceteris cujuscumque dignitatis, gradus, status, & conditionis, personis praedicta, quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon Aconomis, & Administrato- ribus perpetuis, & temporalibus usu-

usu, fructuariis, ac fructus, pensiones, res, & alia hujusmodi jura, ex quacumque causa...

§. 3. Eiusdem vero Depositarii munus erit sedulo curare, ut quicquid pecuniarum ex decimis colligetur...

§. 4. Quicumque vero decimas hujusmodi nullo modo, vel non integre scienter, aut non secundum verum annum...

§. 5. Ceterum ad predictas Decimas consequendas precipimus etiam omnibus Conductoribus, Censuariis, & Locatoribus...

buert, integre exigendi optionem, facultatemque habere, neque ullas immunitates, & exemptiones, etiam ex causa...

§. 6. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales...

§. 7. Ut autem omnia supradicta, sicut causa urgens postulat, diligenter, & fideliter executioni demandentur...

Clausula.

Cardinalis Camerarius Collector designatur.

ces in censuras, & poenas predictas incidisse declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum, etiam manu regia...

Contraria tolluntur.

cundum antiquam taxam, & nisi in universali Decimarum per orbem impositionem fieri prohibentibus, necnon promissionibus, donationibus, obligationibus, juramentis, & renunciationibus, vineulis, & cautelis...

§. 9. Ceterum in percipiendis Decimis predictis Constitutionem rec. mem. Clem. Papae V. similiter Praedecessoris nostri, in Concilio Viennensi editam, quod Decimae ad monetam currentem communiter levari, nec Calices, Libri, caeteraque Ecclesiarum ornamenta divino cultui dicata, ex causa pignoris, capi percipi, vel distrahi, aut alias quomodolibet occupari debeant...

§. 10. Quia vero difficile nimis esset, praesentes literas, quocumque illis opus erit perferre: volumus quoque illarum exemplis etiam impressis, & Notarii publici manu, ac Petri Cardinalis, & Camerarii praedicti, aut alterius Collectoris, seu Praelati Ecclesiastici, ejusve Curiae sigillo obsignatis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud, ubique locorum adhibeatur, quae illis ipsis adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostensa.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum indictio-nis, impositionum, statuti, suspensionis, suppositionis, innodationis, decreti, prorogationis, constitutionis, deputationis, tribu-tionis, voluntatis, & praceptorum infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis &c.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1619, Idibus Januarii, Pont. nostri Anno XV.

Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ego A. Maria Episcopus Ostien., Cardinalis Gallus.

Clementis V. Constitutio praeservatur.

Transumptio danda fides.

Clausula postales.

Dat. die 13. Januarii 1619. Ann. XV.

Pontificis.

Et Card. subscriptiones.

Ego

1619.

- * Ego Antonius Episcopus Portuen., Card. Saulius.
- * Ego Benedictus Episcopus Sabinen., Card. Justinianus.
- * Ego Franciscus Maria Episcopus Prænestin. Card. à Monte.
- * Ego Petrus S. Mariæ Transyberim Presbyter Card. Aldobrandinus S. R. E. Camerarius.
- * Ego Ottavio tituli S. Laurentii in Lucina S. R. E. Presbyter Card. Bandinus.
- * Ego Dominicus tituli S. Petri in Monte Aureo Presbyter Card. Tusus.
- * Ego Dominicus Basilica SS. Apostolorum Presbyter Card. Gymnasium.
- * Ego Joannes Card. de Vicentia, tituli S. Marci.
- * Ego Jacobus tituli S. Stephani in Monte Celio, Presbyter Card. Sannesius.
- * Ego Scipio, tit. S. Chrysogoni Presbyter Card. Burgbesius Major Penitentiarius.
- * Ego M. tituli S. Honuphrii Presbyter Card. Barberinus.
- * Ego Jo. Garzia tituli SS. Quatuor Coronatorum, Presbyter Card. Millinus.
- * Ego M. tituli SS. Quirici, & Julite Presbyter Card. Lantes.
- * Ego Fr. tituli Sancti Augustini Presbyter Card. Verallus.
- * Ego Joannes Baptista, tituli S. Cecilia, Presbyter Card. Lenius.
- * Ego Jo. tituli S. Clementis, Presbyter Card. Bonfius.
- * Ego Philippus, tituli S. Mariæ de Populo, Presbyter Card. Philonardus.
- * Ego P. tituli SS. Nerei, & Achillei, Presbyter Card. Crescentius.
- * Ego Horatio tituli S. Salvatoris in Lauro, Presbyter Card. Lancellotus.
- * Ego Caspar tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Borgia.
- * Ego Robertus tituli S. Pudentiana Presbyter Card. Vbalinus.
- * Ego Tyberius tituli S. Prisca, Presbyter Card. Mutus.

- * Ego Ladislaus tituli S. Mariæ super Minervam, Presbyter Card. de Aquino.
- * Ego Petrus tituli S. Thomæ in Parione Presbyter Card. Camporeus.
- * Ego Martineus, Presbyter Card. Priolus, tituli S. Hieronymi Ilyricorum.
- * Ego Scipio Presbyter Card. S. Susanna, S. R. E. Bibliothecarius.
- * Ego Alexander S. Laurentii in Damaso Diac. Card. Montaltus, S. R. E. Vicecancellarius.
- * Ego Andreas S. Eustachii Diac. Cardinalis Ferretus.
- * Ego A. S. Angeli Card. Capponius.
- * Ego A. S. Mariæ in Cosmedin Diac. Cardinalis Ursinus.

CCCVI.

Exemptio Monasterii Monialium Discalceatarum Ordinis Beate Mariæ de Monte Carmelo Bisuntin. Diocesis Oppidi de Liege a cura, & gubernio Archiepiscopi Bisuntin., ac Superiorum, & Fratrum Carmelitarum, & subiectio cura quorundam Presbyterorum ad hujusmodi Monasteriorum regimen a Sede Apostolica deputatorum.

Ex Regest. in Secret. Brev.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

EX debito pastoralis officii nostri, quo divina disponente clementia universalis Ecclesie regimini præsidemus, ad ea sedulo intendimus, ut sanctimoniales, que relictis mundi illecebris, divini numinis obsequiis se se mancipant, feliciter dirigantur, & gubernentur.

Exordium.

§. 1. Hinc est, quod Nos prospero, felicique Monasterii Monialium Discalceatarum nuncupatarum Beate Mariæ Virginis, & Sancti Josephi Bisuntin. Ordinis Beate Mariæ de Monte Carmelo per dilectum filium Ferdinandum Bercur Dominum in temporalibus loci de Liege in Comitatu Burgundia Bisuntin. Diocesis, ut accepimus, fundati, & dotati, regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, supplicationibus dicti Ferdinandi Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Monasterium prædictum, ac illius pro tempore existentes Abbatisam, seu Priorissam, & Moniales, nec non Conventum, res, & bona universa ab omni superioritate, jurisdictione, visitatione, cura, & gubernio Ven. Fratris Ferdinandi moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Bisuntin., nec non Prioris

Monasterium a visitatione Archiepiscopi Bisuntin., & gubernio FF. Carmelitarum eximit

1620.

Subiicque regimini nonnullorum Presbyterorum.

ris generalis, aliorumque Superiorum, & Fratrum dicti Ordinis in spiritualibus, & temporalibus, apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo eximimus, & liberamus.

§. 2. Ac illa trium Presbyterorum Regni Francia ad curam, regimen, & gubernium aliorum ejusdem Regni Monialium, hujusmodi Monasteriorum a Sede Apostolica pro tempore deputatorum, nec non duorum aliorum Presbyterorum ex dicto Comitatu, seu alio dominio dilecti filii nobilis viri Alberti, & dilectæ in Christo filie nobilis mulieris Isabellæ Claræ Eugeniæ Archiducum Austria, & Belgii Principum, seu illorum in ditionibus hujusmodi successorum per dictos tres Presbyteros eligendorum, & nominandorum, ac ab eodem Ferdinando moderno, & pro tempore existente Archiepiscopo Bisuntin. approbandorum superioritati, jurisdictioni, visitationi, correctioni, curæ, & gubernio in eisdem spiritualibus, & temporalibus, sine tamen præjudicio iurium ejusdem Archiepiscopi, tam vigore decretorum Concilii Tridentini, quam alias quomodolibet in Regularibus exemptos illi competenti auctoritate, & tenore prædictis perpetuo subiicimus, & supponimus.

§. 3. Nec non Abbatisæ, seu Priorissæ & Monialibus prædictis, ut sub Presbyterorum prædictorum obedientia hujusmodi viventes omnibus, & singulis gratis, indulgentiis, indultis, & privilegiis non tamen revocatis, nec sub aliqua revocatione comprehensis, ac decretis ejusdem Concilii, & Constitutionibus Apostolicis non contrariis, quibus alia dicti Ordinis Moniales de jure, usu, consuetudine, aut aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, & absque ulla proferenda differentia, exemptione a jurisdictione dictorum Presbyterorum pro tempore deputatorum, & approbandorum, ut præfertur, excepta, uti, frui, potiri, & gaudere, perinde ac si sub Prioris generalis, ac Superiorum, & Fratrum prædictorum cura, & gubernio existent, libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore paribus concedimus, & indulgemus.

Prohibet, quominus Archiepiscopus, vel Superiores Ord. Carmelitarum, se in ejusdem Monasterii cura ingerant.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientie eidem Ferdinando moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Bisuntin., nec non Priori generali, aliisque Superioribus, & Fratribus, nec non Abbatisæ, seu Priorissæ, & Monialibus prædictis, ut Ferdinandus modernus, & pro tempore existens Archiepiscopus Bisuntin., nec non Prior generalis, ac alii Superiores, & Fratres prædicti se se minime imposterum quovis quæsto colore, prætextu, vel ingenio in cura, & gubernio Monasterii, illiusque Abbatisæ, seu Priorissæ, & Monialium, Conventus, rerum, & bonorum prædictorum, præterquam ut supra, respective quomodolibet se immiscere, aut

in ea jurisdictionem, superioritatem, visitationem, aut correctionem aliquam exercere audeant, vel præsumant; Abbatissæ vero, seu Priorissæ, & Moniales prædictæ eisdem Presbyteros pro tempore deputatos, ac approbatos, ut supra, in eorum, Monasterii, & rerum, ac bonorum prædictorum superiores, reformatores, & correctores habeant, & recognoscant, ipsorumque Presbyterorum monitis, & mandatis salubribus prompte pareant, & obediant, illaque suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent.

§. 5. Decementes irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Monasterii, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 25. Januarii 1620. Pontificatus nostri Anno Decimoquinto.

Dat. die 25. Januarii 1620. An. XV.

CCCVII.

Confirmatio Electionis Ferdinandi II. in Imperatorem Romanorum.

Ex Arch. in Ave. S. Angeli de Urbe.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Charissimo in Christo Filio Ferdinando, Romanorum, Hungaria, & Bohemia Regi illustri, salutem, & apostolicam benedictionem.

R Omani Pontificis, qui in terris Domini Nostri Jesu Christi Regis Regum, Domini Dominantium, & per quem Reges regnant, & Regum conditores iusta decernunt, in Beati Petri Sede vices gerit, muneris esse dignoscitur, que ad communem utilitatem, salutem, & præsidium, & ad Sacri Romani Imperii statum pertinent, iudicii, & auctoritatis suæ robore communi.

Procerum.

§. 1. Quapropter cum inclytæ memoriæ Mathia Romanorum Rege in Imperatorem Electo rebus humanis exempto, Romanum vacaret Imperium, ejusdem Imperii Principes Electores a Venerabile Fratre nostro

Ferdinandus in Rom. Imp. eligetur, & coronatur.

N n Joa.